



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XIV. De exilio Dioscori, & ordinatione Proterii Alexandrini episcopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

tum, lectis gestis cognouerunt, quid Anatolius consentiente Concilio egerat & obtinuerat. Quibus eius præsumptioni contradicentibus, a iudicibus & episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est. Et licet sedes apostolica nunc vsque contradicat, quod a Synodo firmatum est, imperatoris patrocínio permanet quodammodo.

Vide hinc  
epistolam  
S. Leonis I.  
papæ.

*De exilio Dioscori, & ordinatione Proterii Alexandrini  
episcopi.*

## CAPVT XIV.

**E**XPLETO ergo magno & venerabili Calchedonenſi Concilio in duodecim ſecretariis & ſedecim acti-  
onibus, Dioscorus quidem exulare in Gangrena ciuitate præceptus eſt. Reuerſi ſunt autem Alexandriam qui cum eo venerant epiſcopi & clerici, Athanaſius Buſirios epiſcopus, & Neſtorius Phlagoneos, & Auxonius Sebennitenſis, & Macarius Chabaſenſis, qui confederant in Calchedona, & anathematizauerunt Eutychem & eius dogma, cum Dioscori damnatione, epiſtolæ papæ Leonis ſubſcribentes, vt cum omnium ciuium voluntate eligerent ordinandum epiſcopum, ſacris ob hoc literis præcedentibus ad Theodorum tunc auguſtalem. Collecti ſunt ergo nobiles ciuitatis, vt eum qui eſſet vita & ſermone pontificatu dignus, eligerent. Hoc enim & imperialibus ſanctionibus iubebatur. Cumque ſuper hoc multa dubitatio proceſſiſſet, volentibus ciuibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, (Dioscoro quippe viuente) nouiſſime in Proterium vniuerſorum ſententia declinavit, vtique cui & Dioscorus commenda-  
uit eccleſiam, qui & eum archipreſbyterum fecerat. Ordinatus ergo Proterius, præſentibus ſupra memoratis epiſcopis, qui in Synodo (ſicut dictum eſt) ſubſcripſerant, inthronizatur.

*De ordinatione Timothei Aeluri, & morte Proterii.*

## CAPVT XV.

**I**NTHRONIZATO autem eo, diuiſio & diſceſſio populi orta eſt, eo quod viueret Dioscorus, & eſſet in exilio. Multa ergo pericula Proterius paſſus eſt, ita vt militari pro cuſtodia indigeret auxilio plurimo tempore ſui pon-